k *Aut quæritur.*] Villalob. libr. 1. comm. opin. verbo abſens, Farin. d. q. 99. num. 256. & p. 2. num. 276. *Roſſ.*

l *Etiam ſine mandato.*] Hoc intellige quò ad excuſandum abſentiam; quo verò ad defenſam nequaquam, infra hac eadem quæſt. *Drogh.*

m *Prædicta autem concluſio.*] Cartar. de exec. ſentent. capit. finali, num. 266. Farinac. vol. 4 queſt. 99. p. 2. n. 276. & 278. *Roſ.*

Prædicta autem concluſio.] Adde, quòd qui-
42 libet etiam infamis † poteſt allegare abſẽtiam imputati de delicto, & debet admitti, & eſt communis opinio, vt per Soc. ſen. in c. veniens, nu. 159 de accuſation. *Baiard.*

n *cauſas abſentiæ.*] Adde infra quæſtione trigeſima tertia, verſ. ſed nunquid, & nota non ſufficere allegare impedimẽtum excuſati, niſi probetur, quòd illud ſit cauſa immediata non comparendi, & quòd excuſatus propter tale impedimentum non comparuerit. Felin. in cap. Plerumque in princip. ext. de Reſcrip. ſicque aliàs dicitur, quòd cauſa proteſtationis debet exprimi, Bartol. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi Prætori, num. 2. ff. de oper. nou. nunciat. ſic etiam delin-
42 quens † aliquando excuſatur ob cauſam, ſi probat, quod fuerit motus ob cauſam, quam allegat; Boſſ. de Decret. Mediolanen. ſub numer. 19. poſt medium: exemplum ponit in iniuriante virginem in habitu meretricis, Felin. in capit. 1. collat. 5. de offic. deleg. ſic & aliàs arguit Crau. conſil. 171. num. 14. cum ſequen. vbi non ſufficit conſuetudinẽ probari, niſi etiam probetur, conſuetudinem illam in cauſa, de qua agitur, occaſionem, & ius dediſſe: ibi vide ſatis pulchra, ex quibus declarari videtur Conſtitutio Parmæ Rubrica de Auditore criminaliũ, §. concedimus tamen. Idẽ Crau. conſ. 151. n. 21. verſ. quarto, vt impedimentum, argumento, l. quia autem, §. non ſimpliciter, ff. ne quis omiſſ. cauſa teſt. Idem Crauett.

in d. c. veniens, num. 22 Et dicit Bart. in d. §. ad crimen, nu. 10. quod ita approbat conſuetudo, quem refert Benedict. Plum. in d. §. ad crimen, num. 37. Idem dicit Bal. in d. l. reos, num. 40. in fin. Tu verò ne erres, diſtingue etiam ex mente Doctorum in locis præalleg. & dic, quòd: Aut quæritur, an, quando reus eſt perſonaliter in iudicio conſtitutus, poſſit admitti pro eo procurator ad reſpondendum accuſationi, vel inquiſitioni, vel interrogationibus, quæ ei fiũt à iudice ſuper delicto, ſiue in proximo examine, ſiue in alijs, ſiue in tortura, & tũc dicendum eſt, quod nullo modo poteſt pro eo procurator interuenire, ſed debet perſonaliter duci ad bancum iuris, vel ad locum tormentorum per ſe ipſum reſpondere, & ita practicatur, vt dicit Ang. in d. §. publicè poſt numerum quintum, quem refert Paul. de Caſtr. in eod. §. publicè, nu. 9. & Ang. de maleſ. in verb. qui dominus iudex, videns quòd inquiſiti, num. 12. Ita etiam practicari atteſtatur Angel. in d. l. reos, num. 2. in fin. k Aut quæritur, an poſſit procurator interuenire ad alios actus cauſæ, puta, ad opponendas exceptiones, producendum capitula, & alia faciendum in ipſa cauſa, & dicendum eſt, quod ſic: & ita dicit ſe pluries obtinuiſſe, & vidiſſe de facto obſeruari Alber. in d. §. publicè, poſt n. 18. verſic. Item quæritur, an ſaltem. Benè verum eſt, quod non ſẽper conſtituitur ad hoc procurator cum mandato, ſed quilibet defenſor pro carceratis admitti ſolet, prout etiã in practica obſeruari atteſtatur Blanc. in practica criminali, fol. 24. num. 65. quæ tamen practica mihi nunquam placuit, quia talis defenſor, ſiue procurator ſine mandato poteſt quidem prodeſſe reo, ſed non obeſſe, quod eſt in maximum præiudicium fiſci, & accuſatoris, proptereà non deberent iudices ipſos admittere ſine legitimo mandato, & non ſunt multi dies, quod quidam carceratus petebat tolli de proceſſu quandam comparationem factam per eius aduocatum, quæ continebat quædã ſibi præiudicialia, aſſerens, quod ille aduocatus nullum ab eo mandatum habebat, licet Senatus id ei concedere noluerit. Senatus tamen vult ita obſeruari, & ideo admittantur huiuſmodi defenſores carceratorum, l etiam ſine mandato, & cum quidã Pretor reijceret quendam defenſorem ex ea cauſa, quia nõ haberet mandatum, reſcripſit illi prætori, vt omnino ei traderet copiam indiciorum, neque poſtea aliquem ex ea cauſa reijceret, 2. Septemb. 1558 P. N. Et ideo ita ſeruandum eſt. Aut verò quæritur, an poſſit conſtitui procurator ad ſententiam audiendam. Et hoc caſu dicit Rub. in d. §. ad crimen, numer. 82. quòd omnes concludunt, quòd non, & verum dicit loquendo de iure; nam debet reus eſſe præſens ad audiendam ſententiam, vt dixi ſupra quæſt. proxim. verſic. ſed hic quæro, quod tamen in multis locis non ſeruatur, & præſertim in hoc Ducatu, vt ibi dixi.

conſ. 179. num. 9. *Drog.*

o *Idemque ſi talis.*] Farin. d. q. 99. p. 2. nu. 280. *Roſſ.*

p *Pariter etiam.*] Adde, quòd prædicta de iure
43 † communi procedunt: & etiamſi extat ſtatutum, quòd inquiſitus de crimine nullam poſſit proponere defenſionem per procuratorem, quo caſu exceptio declinatoria fori p procuratorẽ proponi poſſet, cum per eam reus non defendatur ſuper crimine; Sed ſi ſtatutum diceret, quòd reus inquiſitus nullam poſſit proponere exceptionem per procu-
44 ratorem, vt prouiſum † fuit in Regno Neapolitano rit. 269. tunc tales exceptiones non poſſent opponi per procuratorem, quia aliud eſt denegare defenſionem per procuratorem, aliud eſt denegare exceptionem. Aret. in dicto capit. veniens, numer. 39. verſ. conſequẽter

17 *Prædicta m autem concluſio, quod in cauſis criminalibus non ſit procurator pro reo abſente admittendus, intelligenda eſt, vt procedat quantum ad hoc, vt talis procurator non poſſit ipſius rei abſentis defenſionem ſuſcipere: ſed ſi velit allegare cauſas abſentiæ, vtique admittitur. Et hoc tenent omnes, vt dicit Anan. in d. capit. veniens, numer. 13. Dicit Ang. in d. l. reos, circa princip. C. de accuſation. quod iſtud tenent omnes indifferenter, & ita ſeruatur, vt dicit Carauita ſuper ritu 105. magnæ Curiæ, numero ſecundo. Neque hoc caſu facienda eſt differentia, an habeat in ſpecie mandatum ad allegandas n cauſas abſentiæ, an autem habeat ad cauſam ipſam proſequendam: nam viroque caſu eſt admittendus. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Anan. in loco præallegato, numero decimoquarto. Vide, quæ dixi ſupra verſiculo. Hoc autem, circa fin.*

o Idemq; ſi talis procurator velit proponere, quod reus
18 *citatus habet in eo loco, ad quem citatur, capitales inimitias: nam & eo caſu erit cum mandato audiendus. Et eſt commun. opin. vt dicit Marian. in d. cap. veniens, poſt numer. 68. verſ. circa primam, quem refert Boſſ. in tit. an crimin. iud. num. 12.*

19 *Pariter etiam eſt p admittendus, ſi velit proponere aliquas exceptiones dilatorias, ſeu declinatorias, aut alias ex ijs, quæ ante litis conteſtationem proponi ſolent; puta, quod accuſator ſit infamis, vel excommunicatus, vel aliàs inhabilis ad accuſandum, vel quod Iudex ſit incompetens, vel excommunicatus, vel huiuſmodi, ita dicit Bartolus in dicto §. ad crimen: cum quo tenent omnes, vt dicit Imola ibi, prout illum refert Boſſius in titulo de carcer. fideiuſſ. comm. numero decimoſexto. Et hæc eſt communis opinio, vt dicit Benedictus de Plumb. in dicto*

§. ad

de accuſat. & ita tradit Carau. in d. rit. 269. in princ. vbi miratur de Gramm. qui in conſ. 1. de foriudicatis, numer. 39. poſt deciſ. ſciens d. ritum firmauit, quòd in dicto Regno exceptio deglinatoria fori poſſit per procuratorem opponi, & ſimili-
45 ter dicendum eſt, quòd in ſtatu eccleſiaſtico † huiuſmodi exceptiones proponi non poſſint per procuratorẽ, ſtante cõſtituſtione Marchiæ in lib. 4. cap. 15. vbi diſponitur, quòd vbi pœna ſanguinis veniret imponenda, nemo niſi in carceribus conſtitutus per procuratorem audiatur, & idem diſpoſitum fuit per Pium IV. in conſtit. & quòd ſi aliter factum fuerit, ſententia ſit nulla, & per d. Ritum 269. eſt etiam correcta conſtit. Regni incip. Generalia circa, per quam fuerat prouiſum, vt Vni-
46 uerſitas † & mulier coniugata poſſent in criminali cauſa comparere per procuratorẽ, ſcilicet quo ad mulierem, quæ non obſtante d. conſtitutione perſonaliter comparere tenetur, vt tradit Carau. in ritu 108. ſub num. 3. & in d. ritu 269. ſub num. 9. verſ. 7. amplia, & per ea quæ ibi notantur, poteſt etiam dici, quod per eundem ritum cenſeatur derogatũ capitulis Regni, videlicet cap. 204. 211. & 282 quibus fuerat prouiſum, vt ſi plures ſpecia-
47 les perſonæ vltra † decẽ citentur in quibuſcũque delictis (excepto crimine hæreſis, & læſæ Maieſtatis) poſſent ipſi quoque per procuratorem comparere, & poſtea ampliatum, etiam ſi decem tantum citarentur, & per d. cap. 282. prohibitum ne citentur ad nouẽ, ad hoc vt diſpoſitionibus dictorum capitulorũ non fieret fraus, & in practica ſeruatur d. ritu 269. ſiue ſint decem, ſiue plures, qui ſint inquiſiti de eodem delicto.

§. ad crimen, num. 52. q Hoc tamen intelligendum eſt, vt procedat, dummodo talis exceptio nihil ad ipſum crimen pertineat: ſecus autem ſi exceptio opponeretur quidem ad proceſſum, ſed tangeret etiam ipſum delictum, puta, quia diceret, quòd alias de ipſo crimine fuit abſolutus, vel huiuſmodi: r non enim eſſet ad tales exceptiones proponendas admittendus; ita dicit Bart. in d. §. ad crimen, numer. 19. & eſt commuis opin. vt ait Rubeus in eo. §. ad crimen, numer. 214. Niſi talis ſ exceptio eſſet notoria: nam eo caſu vtque eſſet admittendus ſecundũ Bar. in loco præalleg. & ita cõmuniter tenetur, vt dicit Nellus, de bannitis, in 2. parte ſecundi temporis q. 14. quem refert Boſſ. in tit. præalleg. de carcerat. fideiuſ. com. num. 26. in fin. Hanc etiã dicit eſſe communem opin. Aret. in d. cap. veniens, numer. 19. & ſeq. quem refert Boſſ. in loco præallegato, poſt num. 13. Berous in d. cap. veniens, num. 19. & ſeq. Quando verò talis exceptio mixta eſt dubia, tunc non poteſt per procuratorem proponi, vt didicit Bartol. in loco præalleg. & eſt communis concuſio, vt atteſtatur Berous in dict. cap. veniens, numer. 32. t Quæro modo, Pone, quòd aliquis interfecit bannitum, qui ex
20 *forma ſtatuorum poterat impune occidi: & ex hoc homicidio contra eum proceditur: nunquid admittetur procurator ad proponendam huiuſmodi exceptionem banni. Reſp. quòd ſic: ita tenet Bart. in l. vbi pactum, numer. 10. C. de tranſact. quem ſequuntur omnes Doctor. teſte Marſil. conſ. 73. num. 76. vbi ſubdit ſe hãc doctrinam millies practicaſſe, & obtinuiſſe. Ita etiam ſentire communiter Doctores atteſtatur Gand. de malefic. in rub. vtrum procurator, &c. circa fin. Nelleus de bannitis in 2. parte ſecundi temporis, quæſt. 14. vbi dicit quòd ita communiter tenetur, quem refert Marian. in dict. cap. veniens, poſt numer. 79. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Alber. in 4. parte ſtatutorum, quæſt. 38. num. 14. u Quinimò non tantum procurator, ſed etiam quilibet de populo poſſet comparere, & talem exceptionẽ banni proponere, vt dixi ſupra hoc eod. lib. §. Homicidium, verſicul. Item ſcias. Hæc tamen intelligenda ſunt, vt procedant, quando ex ſola productione banni efficeretur notorium, quòd talis offenſus erat bannitus: nam eo caſu vtique eſſet admittendus procurator ad ipſum bannum exhibendũ: Sed ſi requireretur aliqua alia extrinſeca probatio, tunc non admitteretur procurator, & ita communiter tenetur, vt dicit Ruin. conſilio 9. poſt numero ſecundo, verſicul.*

48 Item adde, quòd in Regno Neapolita. † nec clericus ſi citatus fuerit ad informandum; poterit pro procuratorem declinare forum, ſed comparere tenetur, & proponere declinatoriam, per ritum 235. incip. Item obſeruat ipſa Curia. qui eſt in viridi obſeruantia, vt atteſtatur Franch. in deciſ. 329. numer. 4. volumin. 2. ſed aduertendum eſt, quòd quando vt clerici, citantur vti laici nomine proprio tantum. Et licet continuè reputentur contumaces clerici, ut laici citati, & non comparentes perſonaliter coram iudice laico, iuxta formam dict. ritus, capto tamen ipſo clerico annullatur ſemper contumacia, quia Rex non potuit imponere legem eccleſiaſticis perſonis, nec facere alibuid contra libertatem eccleſiaſticum vt per Grammat. in deciſ. 1. poſt deciſ. & vot. 27. Capyc. deciſ. 161. & Foller. in pract. crim. in ver. audiantur excuſatores, num. 39.

49 Item adde, quod in dicto Regno † citati, habentes priuilegium iudicis citantis forum declinandi, tenentur tamen cõparere, & eius priuilegium allegare, per ritum 230. & ibi Carauit. tenet, quòd etiam citatus à Regia audientia, quem notoriè conſtat eſſe ſub Baronis dominio, comparere tenetur & allegare priuilegium.

50 Item adde, † quòd citatus, ſi efficitur contumax, amittit priuilegium fori, ſi expreſsè ei renuntiari poſſit. Afflict. deciſ. 133. & Franch deciſ. 417 vol. 2. *Baiard.*

q *Hoc tamen intelligendum eſt.*] Farinac. vbi ſup. par. 1. nu. 48. 53. 211. 214. 215. *Roſ.*

r *Non enim eſſet ad tales exceptiones.*) Addit. ad ſtatuta Pallauicina in crim. ſtat. 25. *Drogh.*

ſ *Exceptio eſſet notoria.*] Farinac. ibid. numero 21. *Roſſ.*

t *Quæro modo.*] Vide ſup. Clar. in §. homicidiũ, verſ. plerunque, & verſ. item ſcias, & Farin. d. q. 99. num. 129. 130. & alijs ſequentibus. *Roſ.*

Quero modo.] Adde,
51 † quod ſimiliter admittitur procurator pro bannito, ſiue inquiſito ad petendum indultum pro crimine, ſiue banno ſibi ex aliqua cauſa competentem, ſecundum Baldum, in l. reos num. 35. verſicul. quero hic C. de accuſat. & Nell. de bannitis in 3. part. 2. temp. quæſtione 68. ſed in Regno Neapolit. per ritum 269. hic allegatũ per procuratorem indultus peti non poteſt, & ibi Carau. numer. quarto, & Franch deciſione 314. per totam. idem prouiſum fuit in ſtatu eccleſiaſtico per Pium IV. in conſtitu. 76. in fin. Tamen Carauit. in pragmat. prima, quæſtione, 17. numero 167. de exulibus, & in dicto ritu 269. numero ſexto, circa finem dicit, quod communi obſeruantia introductum fuit, concedi indulcta, etiam per procuratorem banniti, ſiue inquiſiti, immo quòd etiam pro eo quilibet admittitur, licet non ſit procurator, & ita etiam hodie obſeruatur in ſtatu eccleſiaſtico propter ingentem bannitorum numerum, quia nemo volebat ſe conſtituere in carceribus, & ſic banniti ab alijs bannitis non interficiebantur.

52 Item adde, quòd † huiuſmodi exceptio impunitatis impedit proceſſum ad vlteriora, etiam quòd bannitus interfectus fuiſſet extra territorium bannientis, vt per Brun. in tract. de conſt. & decret. in verb. bannitus, ſuper verbo banniti ſtatuarij verſicul. ſtatutum dicit, quod bannitus poſſit impunè offendi, & Franch. in deciſio. 276. numero 3. volumin. 2. *Baiard.*

u *Quinimò.*] Farinac. ſupra numero 139. cum alijs pluribus *Roſ.*

In

x *In hoc tamen ducatu.*] Occidentes bannitū tenentur ſe conſtituere citato fiſco, & affinibus interfecti; potiſſimum ſtante ſtatuto Mediolani, quod calumniatus teneatur venire perſonaliter in cap. 19. in criminalibus, & ſecundum hæc facit Farin. d. q. 99. num. 261. videndus etiam erit Bar. in l. ſi ſeruus. in fin. vbi appoſtilla C. de his, qui ad eccleſiam confugiunt. *Roſ.*

y *Nullitatem ex ipſiſmet actis.*] Pone exemplum, prout eſt, quando non conſtat de delicto, & tamen Iudex contra aliquem indebitè procedit, vt eſt ſup. q. 51. verſ. fama, ſupr. hac eadem quæſtione, verſ. Hæc autem concluſio ad fi. Boer. addit. ad Dyn in reg. Poteſt quis ſub nu. 2. littera A, de reg. iur. in 6. *Drog.*

z *Sententias criminales.*] Vt puta, ſi ex actis conſtet, Farin. d. q. 99. nu- num. 180. & ſeq. *Roſ.*

a *Tu ſcis.*] Farin. vbi ſupr. num. 116. & ſeq. & quid in perſonis illuſtribus per eundem d. q. 99. num. 115. cum alijs pluribus. *Roſ.*

b *Quæro nunquid ea, quæ dicta ſunt.*) Adde
53 † videndum Menoch. de Arbitr. iudic. quæſt. 79. *Baiard.*

c *Procuratorē conſtituere.*) Adde, vide, & quando procurator accuſatoris nomine poſſit in iudicio interuenire, diligenter explicatum per Iacob. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 79. *Giach.*

d *Quicquid ſit de iure.* Bonacoſſa quæſt. crim. verbo accuſatio *Roſ.*

e *Pone, quod in cauſa criminali.*) Farinac. d. q. 99. nu. 242. & duobus ſeqq. *Roſ.*

ſecundo prædicta confirmantur, lib. 5. [x] *In hoc tamen Ducatu non admittitur procurator ad exhibendum bannum, niſi reo in carceribus conſtituto, prout etiam ſeruatur in Regno Neap. ut videri poteſt apud Carau. ſuper ritu 269. magnæ curiæ, num. 3. Et ita expræßè reſcripſit Senatus Prætori Fontaneti 7. Martij 1559. P. N. Multi enim ſunt caſus, in quibus bannitus non poteſt impunè offendi, vt dixi in alleg. §. homicidium, verſ. ſed hic quæro, & alijs ſeq. Et ideo, ne, ſi homicidia eſſet condemnandus, condemnatio illa redderetur eluſoria, cogitur ipſe ad perſonaliter c mparendum: ſed deinde legitimè conſtito de bauno, citato fiſco, & proximioribus interfecti, & quod licitè offendi potuerit, ſtatim reus liberatur. Bene verū eſt, quod ſi plures interficiant bnnitū, & aliquis ipſorum perſonaliter compareat, & exibito banno, oſtendat illum impunè occidi potuiſſe, poſſunt deinde alij ſocij admitti ad comparendum, & exhibendū bannum, abſque eo, quod ſe perſonaliter conſtituant. Et ita reſcripſit Senatus Prætori Papiæ 1550. P. N. in cauſa cuiuſdam Antonij Noſini capitaliter condemnati, & banniti. Quod nota.*

21 *Quæro, an in cauſa nullitatis ſententiæ criminalis admittatur procurator. Reſp. Bened. de Plumb. in d. §. ad crimen, nu. 99. refert, quod Bal. quem appellat doctorem ſuū, tenuit quod ſic, & quòd dicit ita quotidie practicari. Quā opi. etiam ipſe ſequitur, dummodo agatur ſulummodo de nullitate ſententiæ, non autē de inquitate: & dicit ſe ita iam obtinuiſſe de facto. in hoc autem Ducato ſeruatur totū contrarium; nullus enim admittitur ad dicendum de nullitate, niſi ſe perſonaliter conſtituat, quando non vult demonſtrare nullitatem ex ipſiſmet actis reſultantem, ſed per alias extrinſecas probationes: & hoc vt ſi in ipſis probationib. deficeret, poſſit contra eum ſententia mitti executioni. Et reperio etiam, quod Afflict. ſuper 2. par. conſtitutionū Regni, rub. 3. nu 27. in fi. dicit, quod vidit pronunciari aliquas ſententias criminales nullas, puta, quia eſſet latē cōtra clericū, vel p errorē, dūmodo talis nullitas allegaretur p ipſummet principalē, & non per aliquē ſuū procuratorē, vel coniunctā perſonā.*

22 *Tu, ſcis, quod in cauſis criminalibus aliquando dicitur procedi per viam exceptionis, vt dixi ſupra q. 19. verſ. per exceptionem: Quæro nunquid in huiuſmodi cauſis poſſit procurator interuenire. Reſp. Aut exceptio criminalis tēdit ſolummodo ad repellendū accuſatorem ab accuſatione, vel teſtem à teſtificando, vel impediendā miſſionem in poſſeſſionem prælati ad dignitatē, vel beneficium, ad quod eſt promotus, vel huiuſmodi: & hoc caſu vtique poteſt admitti procurator: talis enim cauſa non dicitur criminalis, vt ibi dixi, ſed ciuilis merito eſt procurator admittendus, & ita concludunt omnes Doct. vt dicit Foller. in pract. cri. can. fol. 104. num. 4. Aut verò exceptio tendit etiā ad puniendum, puta, quia proponendo exceptionē criminis petatur non modo accuſatorem, aut teſtem repelli, ſed etiam puniri: & tunc non eſt admittendus procurator: quia in huiuſmodi exceptione ipſe accuſatus, ſiue excipiēs aſſumit partes accuſatoris. Et ita cōcludunt omnes Doct. vt dicit Blan. in pract. crim. f. 25. Vide, quæ dixi in allegata q. 19.*

23 *Quæro,* [b] *nunquid ea, quæ dicta ſunt in reo, habeant locum etiam in accuſatore, ſeu denunciante, vt ſcilice neque ipſi poſſint in cauſis criminalibus procuratorē conſtituere. Reſp. Alber. in d. §. publicè. poſt num 18. tenuit, quòd non poßunt conſtituere procuratorem, quia quod non licet accuſato, neque etiam licere debet accuſatori: & dicit Rubeus in d. §. ad crimen, num. 7. quod hæc videtur crebior & ſolidior ſententia: ſed* [d] *quicquid ſit de iure, contrariū ſeruatur in practica, vt dicit Carauit. ſuper ritu 108. Magnæ curiæ. num. 3. in fin. ſemper enim admittuntur procuratores querelantium, ſiue accuſatorum, etiam in cauſis capitalibus, & meritò, ceſſat enim ratio cōmunis, de qua ſupra, verſic. ratio autem. quod ſcilicet iudicium redderetur eluſorium, ex quo pœna talionis hodie eſt ſublata, vt dixi infra q. 81. Et ideo neque etiam coguntur hodie accuſatores ad ingrediendum carceres, vt dixi ſupra q. 18. verſ. quando deinde. non enim agi poteſt de aliqua executione perſonali contra ipſum accuſatorem facienda. Vnum tamē nota in hoc propoſito, quod ſi ipſe accuſator non poßet, ſi eſſet ab alio accuſatus, per procuratorem comparere ad ſe defendendum, puta, quia eſſet bannitus, vel accuſatus de aliquo crimine, pro quo non poſſet ſe per procuratorem defendere, eo caſu non poſſet neque etiam per procuratorem alium accuſare. Ita allegatur tenere Bald. in l. reos, C. de accuſatio. Et dicit Nell. de bannitis, in 3. par. 2. temporis, q. 68. quòd ita ſeruatur, prout illū refert Cæpoll. conſ. crim. 20. col. 2. verſ. imò plus dico. Et ſic hoc caſu eſſet ſeruanda in practica communis opinio. Quod nota.*

24 *Pone,* [c] *quòd in cauſa criminali comparuerit procurator, & contra eum nihil fuerit oppoſitum, ſed fuerit admiſſus ad defendendum reum, cum tamen de iure admitti non deberet, nunquid proceſſus ſuperinde agitatus valebit, an autem erit ipſo iure nullus? Reſp. In hoc articulo variæ fuerunt ſcribentium opiniones. Nam gloſſ. in cap. 1. in verbo, Criminalis, de iud. in 6. tenuit, quod talis proceſſus valeat & dicit Bald. in d. §. publicè, poſt num. 6. verſ. vlterius quæro, quod hæc opin. per omnes Canoniſtas approbatur. Hanc etiā dicit eſſe communem opin. Bald. in l. ita demum, poſt num. 4. C. de procur. quem refert Bertran. conſ. 358. circa princ. lib. 4. quod eſt duplicatum in conſ. 1. num. 2. lib. 5. & Felin. in cap. meminimus, num. 18. de accuſat. & Vantius de nullitate, fol. 239. num. 177. & Dec. in l. in ambiguis, §. non eſt nouum, num. 11. ff. de reg. iur. & conſ. 469. in fi. & Marſ. in pract. crim. §. ſequitur, poſt num. 17. & Pract. Conradi. fol. 254. in fin. Corſetus in verb. Procurator, in ſingul. incip. licet quis. Et dicit Imola in d. §. ad crimen,*

crimen, quod ita ſeruatur in practica, prout illum refert Rubeus in eod. §. ad crimen, num. 99. Contrariam autē ſententiam, ſcilicet, quòd imò etiamſi non fuerit oppoſitū cōtra procuratorem, nihilominus proceſſus factus eo interueniente, in caſibus, in quibus de iure admitti non debebat, ſit ipſo iure nullus, multi etiam tenuerunt; adcò quòd Gomeſ. in dict. cap. 1. poſt n. 80. verſ. quid tenendum, dixit, quod opi. contra illam gloſ. ſibi videtur magis communis, quem refert Menchiaca controuerſ. vſu frequentium, cap. 20. poſt num. 5. & ante eum Aret in d. cap. veniens, poſt nu. 87. dixit, quòd hæc eſt communior opinio. Quod verbum pro ſingulari refert, & idem atteſtatur Rubeus in d. §. ad crimen, num. 231. Anto. Gomeſ. cap. 1. delictorum, n. 16. Ego vero dico ſic: Aut delictum eſt tale, pro quo non poteſt procedi, niſi ad querelam partis, & tunc procedit opi. gloſ. pars enim ipſa ſibi imputet, ſi nō oppoſuit contra procuratorem, & fecit ipſum repelli; Aut verò ex eo delicto poterat etiam procedi ex officio: & tunc licet non fuerit oppoſitum, proceſſus factus per procuratorem, qui nō erat admittendus, eſt nullus, quia partis, aut iudicis malitia, negligentia, aut imperitia non debet iuri publico nocere. Et dicant Doctores, quidquid velint, conſuetudo ita obtinuit, quod omnia geſta per procnratorem in cauſa criminali, vbi agatur de pœna corporis afflictiua, ſint ipſo iure nulla.

35 *Vltimò quæro, in caſibus, in quibus procurator in cauſis criminalibus admittitur, an ſententia ferenda ſit contra dominum abſentem, an autem contra procuratorem præſentem. Reſpond. In hoc puncto variæ fuerunt Doctorum opiniones, propterea ad omnes dubium euitandum vſus obtinuit, quod vterque condemnetur. Et ita de facto ſeruari, & ſecundum vſum curiarum atteſtatur Iacob. de Beluiſ. in pract. crim. in verbo, Criminaliter condemnari, num. 3. Menchiaca controuerſ. vſu frequentium, cap. 20. poſt num. 1.*

QVÆSTIO XXXIII.

Excuſator an admitti debeat in criminalibus cauſis.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Excuſator an poſſit in cauſis criminalibus interuenire.*
2 *Et quid in caſibus, in quibus pōt abſens diffinitiuè cōdemnari.*
3 *Et an audiendus ſit excuſator ſine mandato.*
4 *Et an teneatur præſtare fideiuſſionem deſiſtendo principali in iudicio.*
5 *Et an audiatur pater pro filio, dominus pro ſeruo, Abbas pro monacho, ciuitas pro ciue, dominus pro ſubdito, Epiſcopus pro clerico, vxor pro viro, &c.*

Ex Additionibus.

1 *Excuſator an interueniat in cauſis criminalibus, remiſſiuè.*

2 *Excuſator in criminalibus non admittitur, niſi reis carceratis in ſtatu eccleſiaſtico.*
3 *Idem in Regno Neap..*
4 *Idem in Regno Franciæ*
5 *Idem in ſtatu Mediolani.*
6 *Idem Florentiæ.*
7 *Exceptio incompetentiæ iudicis poteſt per quemlibet proponi.*
8 *Imfamis admirtitur pro alio ad allegandum in competentiam fori, ſi ex actis illa appareat.*
9 *Iudex an poſſit dicere defenſori, volo, quod veniat principalis, tanquam melius informatus.*
10 *Procurator admittitur ad declinandum furum.*
11 *Procurator generalis ad omnes cauſas non poteſt comparere in cauſa criminali.*
12 *Pater non admittitur in criminalibns pro filio in ſtatu eccleſiaſtico, niſi pro ſuo intereſſe.*
13 *Pater non poteſt filium abſentem in criminalibus defendere, etiam pro ſuo interreſſe vti pater, ſed ſolum proponere certam defenſionem, ſicut poſſet procurator.*
14 *Priuilegium quando allegari poſſit.*

ADDITIONES, Ad Quæſt. XXXIII.

a HActenus de procuratore.] Adde, quod multa in hac materia excuſatorum, † habentur per Anton. de Carrar. in tractatu ſuo de excuſat. vide etiam Crauet conſ. 6. nume. 88. Afflict. deciſ. 289. & Boſſ. in tit. an in crim. iud. num. 7. *Baiard.*

b *Sed quod plus eſt.*] Quid in caſib. in quibus poteſt diffinitiuè condemnari, Farin. q. 99. numer. 171. vſque 175. vol. 4. & num. 230. *Roſ.*

QVÆST. XXXIII.

1 *HActenus,* [a] *de Procuratore dictum eſt: Nunc de Excuſatore videamus. Sciendum eſt antē, quod regulariter in omnibus, & quibuſcunque cauſis criminalibus, in quibus poteſt contra abſentem procedi, ſemper admittitur excuſator, & hæc quidem conſilio de plano procedit, quando talis excuſator non proponit aliquas defenſiones ipſius rei, ſed tantummodo allegat eius abſentiam: nam eo caſu vtique admittitur. Et ita communiter ſeruari in iudicijs atteſtatur Alber. in d. §. publicè, poſt nnmer. 16. Idemque ſi alleget infirmatem ipſius rei, vel carcerationem in alio territorio, vel alia impedimenta, propter quæ non poſſet reus, etiam ſi vellet, perſonaliter cōparere, nam ad proponendas huiuſmodi exceptiones quilibet admittitur. Ita tenet Bart. in d. §. ad crimen, nu. 16. & eſt communis opi. vt ait Marian. in d. c. veniens, n. 67. de accuſat. Et in hoc videtur eſſe difficultas: quia ad has exceptiones proponendas etiam procurator admitteretur, vt dixi ſupra verſic. prædicta autem. Fortius etiam ſentire videtur Alber. in d. §. publicè, poſt num. 25. verſic. De ſecundo genere, quod ſecundum communem opinionem debeat admitti excuſator etiam ad media cauſæ, & alios articulos incidentes.*

2 *Sed quod plus eſt, multi etiam tenuerunt, quod in omnibus caſibus, in quibus abſens poteſt diffinitiuè condemnari, ſit admittendus excuſator abſolutè, etiam ad probandum eius innocentiam. Et hanc opin. dicit eſſe magis communem Aret. conſ. 146. nu. 6 vbi loquitur etiam, quando talis excuſator comparet poſt primum bannum, ex quo virtute ſtatuti contumax habetur pro confeſſo: & Aret. refert, & ſequitur Marſil. conſil. 39. nu. 30. & conſil. 73. num. 39. & conſi. 81. num. 57. & conſil. 90. num 3. & pract. crim. §. ſequitur, num. 46. relatus & ipſe per practic. Conradi, fol. 264. in 27. limit. & Apoſtil. ad Ang. de malef. in verbo, Qui dominus iudex, ſub numer. 13. Hanc etiam opin. atteſtatur eſſe magis communem Cæpol. conſil. crimin. 51. circa med. Iaſ. in l. hi qui, num. 7. C. qui teſta. facere poſ. quē refert*